

- Var. spinosior*, ramis etiam floriferis spinosis.
 Simillima est formae vulgari, ab eaque nonnisi ramulis axillaribus simplicibus, duobus ferme foliolis lanceolato-linearibus praeditis, spina gracili, flexili, flavescente, terminatis, a foliis superatis, diversa. Habitat in valle Paesanae, quam Padus percurrit, ubi initio mensis Junii floret. Obs. Nimis quoque affinis est saltem quatuor aliis Genistae speciebus hodiernis, ad unam germanicam forsitan aliquando reducendis, sylvestri Scop. F. Car. n. 875, dalmaticae Bartl. Reichb. Ic. rar. t. 383. f. 562, tricuspidatae Desf. F. Atl. 2. p. 138. t. 193. Herb. Willd. n. 13157!, atque hirsutae Vahl Symb. bot. 1. p. 51. Herb. W. n. 13159!, quarum prima subtiliore omnium partium pubescentia, foliis lineari-subulatis, quadruplo angustioribus, spinis ramosis, folia pluries superantibus, secunda, spinis compositis, validioribus, aphyllis, folia linearia aequantibus, tertia, multo majore omnium partium calvitie, spinis validioribus, aphyllis, folia aequantibus, quarta, sive G. hirsuta Vahl, spinis compositis, validioribus, folia superantibus, floribus confertis, brevissime pedicellatis, majoribus, corollis patulo-hirsutis, a mea varietate Genistae germanicae discrepant.
33. *Lathyrus heterophyllus* L. L. Sp. p. 1034. Cand. Prod. 2. p. 371. Villars F. Dauph. 3. p. 445.
Var. platyphyllus, foliolis ovalibus apice retusis, atque oblongo-ellipticis, stipulis triangularibus, subaequilateralis. Habitat una cum forma vulgari, ejus foliola lanceolata sunt, in valle Exillarum, florens mense Julio. Obs. Respondet Lath. sylvestri L. β . oblongo Cand.
34. *Hippocrepis ciliata* Willd. W. in Mag. nat. Ges. Berl. 1808. p. 173. t. 5. f. 2. Herb. W. n. 13720! *Var. α* . pedunculis 4—6 floris Cand. Prod. 2. p. 313. Habitat in agro Nicaeensi, floret mense Majo. Hanc speciem in Gallia atque Italia boreali hucusque nemo observavit.
35. *Astragalus montanus* L. L. Sp. p. 1070. L. F. Lapp. n. 267. t. 9. f. 1. Scop. Carn. n. 922. t. 45. Jacq. F. Aust. t. 164. *Oxytropis montana* Cand. Prod. 2. p. 275. Hoppe in Sturm Fl. Deut. v. 12. ic. Tres potissimum video formas, quibus haec elegans planta ludit.
Var. a. acaulis, pedunculo radicali aphylo, stipulis geminis, petiolo adnatis. Scop. Carn. t. 45. Bot. mag. v. 22. n. 843. ic. *Oxytropis triflora* Hoppe in Sturm. Fl. Deut. v. 12. Habitat in ea montis Cenisii parte, quae La Ramassa vocatur, ubi floret m. Julii initio.
Var. b. caulescens, pedunculis axillaribus, stipulis geminis, petiolo adnatis. Hanc varietatem nondum reperi.
Var. c. grandistipulatus, caulescens, stipulis solitariis, emarginato-bilobis, oppositifoliis. Fg. 22. Habitat in convalle supra Hospitium montis Cenisii, copiosius autem in ejusdem montis loco declivi, Segusium spectante, Col de fenetre dicto, Julii initio florens. Obs. Hunc pro varietate Astr. montani L. habeo, quia praeter diversum stipularum situm a forma vulgari omnino non differt, quia stipulae, etiamsi petiolo adnatae sunt, tamen totum caulem amplectuntur, atque in opposito latere nonnihil inter se cohaerent, sin maximam partem inter se concretae et oppositifoliae inveniuntur, nonnihil tamen etiam cum petiolo connatae sunt, praesertim autem quod specimina Lapponica vidi, quorum stipulae inter se et cum petiolo eodem gradu cohaerebant.
36. *Lotus hispidus* Desf. Lois. Fl. Gall. p. 490. t. 16. Cand. Prod. 2. p. 212. Habitat in montibus sterilibus, petrosis, agri Nicaeensis, ubi m. Majo floret.
37. *Tragopogon sinuatus* (nov. sp.), caule glabro, anthodio flosculis radii sesquilongiore, foliis undulato-sinuatis, superne floccoso-lanatis.
 Herba biennis. pedalis et altior. *Radix* carnosa, simplex, fusiformi-cylindracea, pallide fusca. *Caulis* teres, striatus, glaber, foliosus, ramosus. *Folia* subulata, canaliculata, apice capillaria, margine undulato-sinuata (non ob marginis particulas alternas excisas, sed propter particulas in- et reflexas, cum erectis alternantes, sinuata), basi in vaginam amplam, ventricosam, amplexicaulem, dilatata, nervosa, flexuosa, superne, praesertim basi floccoso-lanata, inferne glabra. *Folia* radicalia paene pedalia, caulina, quo altius inserta, eo breviora. *Flos* compositus, semiflosculosus, longe pedunculatus, pedunculo apice incrassato. *Anthodium* octophyllum, foliolis subulato-lanceolatis, margine scariosis. *Receptaculum* nudum. *Flosculi*

- hermaphroditi, conformes, longiores a tertia anthodii parte superati. *Calyx*. Pappus plumosus inaequalis, sub anthesi obsolete stipitatus. *Corolla* supera, longiores pappi radios paulo superans, ligulata, atrovio-
lacea, ligula lanceolata, apice quinquedentata. Habitat in vineis agri Nicaeensis, mense Majo florens.
Obs. Hanc plantam varietatem esse Tragopogonis porrifolii L. suspicor, sed specimina inter utramque
media mihi ignota sunt. Non dubitarem, Nicaeensem plantam esse Tr. porrifol. var. β . L. (Sp. p. 1110.),
nisi citaretur Trag. folio oblongo sinuato B. Pin. p. 274. n. 2. cujus flores lutei sunt. Forsan stirpem, de qua
agitur, Linnaeus ante oculos habuit, et minus rite plantam Bauhianam citavit, quae mihi quidem cum
Tr. undulato Jacq. (Misc. 2. p. 317. Ic. rar. 158.) convenire videtur.
38. *Scorzonera taraxacifolia* Jacq. Jacq. Coll. 1. p. 52. Ic. rar. t. 166. Willd. Sp. 3. p. 1508. Spr. Syst. 3.
p. 668.
Var. hirta, fere tripedalis, foliis hirtis, hispido-ciliatis, anthodii squamis etiam apice glabris. Habitat
ad ripas fluminis Rojae prope Ventimigliam, ubi mense Majo floret. Obs. Jacquini descriptio cum hac
italica planta optime convenit, nisi quod suae plantae auctor ille tribuit folia ferme glabra, pilis capillari-
bus, vix conspicuis ciliata, calycis squamas in dorso infra apicem denticulis paucis una longitudinali serie
muricatas, atque sesquipedalem altitudinem, quae omnia levioris momenti esse videntur. Hanc plantam
a Bouchardo in Bohemia detectam esse, Jacquinus quidem refert, sed fratres Presl in floram Cechicam
eam non receperunt.
39. *Leontodon hispidum* L. L. Sp. p. 1124.
Var. γ . crispum, Cand. Fl. fr. 4. n. 2972. Leont. crispum. Vill. F. Dauph. 3. p. 84. t. 25. *Apargia crispa* W.
Sp. 3. p. 1551. Floret in rupibus agri Nicaeensis m. Majo. Obs. Meum specimen discrepat a Villarsii
descriptione setis foliorum et scapi non solum trifurcatis, sed permultis apice quadriradiatis, atque ab
icone citata, anthodio non hispido sed paene glabro, squamis margine pubescentibus.
40. *Hieracium piloselloides* Vill. Vill. Dauph. 3. p. 100. t. 27. Cand. Fl. fr. 4. n. 2916. Reichb. Ic. rar. t. 38.
Habitat in der Islau, haud procul a Leontio.
41. *Hieracium grandiflorum* All. All. Ped. n. 794. t. 29. f. 2. W. et K. Hung. t. 99. Cand. F. fr. 4. n. 2934.
Var. taraxacifolium, foliis radicalibus runcinato-pinnatifidis, pedunculis plerisque bifloris. Habitat in
monte Cenisio supra Segusium, medio m. Julio florens.
42. *Andryala lanata* L. L. Sp. p. 1137. L. Amoen. ac. 4. p. 288. *Hieracium mont. tomentos.* Ic. et nom. Hort.
Elth. t. 150. f. 180. Hier. tomentosum All. Ped. n. 791.
Var. uniflora, foliis radicalibus late ovalibus, obsolete dentatis, caule subaphyllo unifloro. Habitat in
rupibus secus fluvium Paglion haud procul a Nicaea.
43. *Cirsium ambiguum* All. *Cirsium* foliis non decurrentibus, caulinis inferioribus pinnatifidis petiolatis, reliquis
amplexicaulibus, subtus tomentosis, ciliato-spinosis, floribus sessilibus. All. Auct. p. 10. n. 553. *Cardus hastatus*
Lam. Dict. 1. p. 704. n. 37.
Caulis paene tripedalis, simplicissimus, sulcatus, breviter lanatus, superne potissimum atrorubens. *Folia*
caulina sessilia, spinis inermibus ciliata, superne glabra, inferne albo-tomentosa, pleraque cordata, late
lanceolata, longe acuminata, basi usque ad dimidiam circiter partem integra, supra in lacinias subulatas,
sursum ascendentes, integras, pinnatifida, superiora angustiora, integra, remote et grosse serrata, basi
obsolete cordata, summa linearia, integerrima. *Flores* dispositi in quatuor capitula terminalia, sessilia,
diversae magnitudinis, quorum maxima omnium partium structura et magnitudine *Cirsio heterophyllo* All.
simillima sunt. Tale est specimen unum, quod reperi ad rivulum montis Waschgang supra Dölach medio
mense Septembri. Obs. Discrepat haec Germanica planta leviter ab Allionii definitione foliis caulinis infe-
rioribus etiam sessilibus, atque a descriptione quam addidit, pinnis foliorum non bilobis, sed indivisis. *Cardus*
autareticus Vill. Dauph. 3. p. 12. n. 11. t. 19. Herb. W. n. 14934! ab Ill. Candollo atque Ill. Sprengelio ad
Cirsium ambiguum All. refertur, a quo secundum Villarsii descriptionem atque specimen cum Willdeno-
vio communicatum diversus esse mihi videtur statura humiliore, foliis inferne glaucis, pubescentibus, spi-